



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. Quænam conditiones requirantur, ut adulterium dirimat matrimonium
inter adulteros?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

TITULUS VII.

DE EO, QUI DUXIT IN MATRIMONIUM, QUAM POLLUIT PER ADULTERIUM.

Agitur in hoc titulo de impedimentis criminis, adulterio scilicet, occidente conjugis, &c. explicando, quando haec sunt impedimenta dirimentia.

§. I.

An, & quando adulterium dirimat matrimonium subsequens.

Si quis vivente adhuc legitimam uxore, cum alia, quam adulterio pollut, de presenti clandestinè, & nulliter de facto contrahit, vel huic adulteræ promissio nem facit post mortem legitimæ conjugis ducendi eam, incurrit impedimentum criminis, ut hanc adulteram post mortem legitimæ conjugis ducere non possit, ne ob promissionem & spem matrimonii futuri, capitur occasio occidendi priorem conjugem. Ut autem impedimentum hoc incurritur, debet matrimonium prius contractum fuisse validum (invalidum enim si prius matrimonium fuit, non dirimi matrimonium postea cum ea contrahi, cui per adulterium ex stimatum cognitæ, promissio de futuro matrimonio facta est) & ab adultera sciente prioris conjugis vitam, adulterium fuisse commissum, ac fides de futuro matrimonio recepta, sive haec post adulterium commissum data

fuerit, sive ante, modò data sit durante eodem legitimo matrimonio, & recepta, cum in utroque casu detur occasio caprandæ mortis. Et quamvis sola promissio de futuro matrimonio, aut solus de praesenti contractus matrimonialis, vivente adhuc legitimam conjugem, cum altera initus non sufficiat ad impedimentum ditimens hoc incurendum, sed debet insuper intervenire adulterium ex utraque parte cognitum, passim tamen omnes docent, nullam esse promissionem tam, ob periculum caprandæ mortis, uti colligitur ex c. *Siquis 8. b. t.* & argu. c. 2. *De concess. praben.* & qui contrahere de praesenti cum adultera, vivente legitimam uxore, attentor, non tantum adulteram hanc post mortem sue legitimæ conjugis ducere non posse, sed nec ullam aliam, juxta c. *Cum haberet 5. b. t.* graviorem scilicet penam imponente Ecclesiâ, graviori delicto.

§. II.

Quænam conditiones requirantur, ut adulterium dirimat matrimonium inter adulteros?

De his ex priore §. jam satis colligi potest, modò adhuc advertatur, quod promissio facta debet esse pura & absolu-

688 LIB. IV. Decretalium. Tit. VIII. De conjugio leprosum.
absoluta, vel saltem ut ante mortem
conjugis fuerit purificata, ut præbeat
scilicet captandæ mortis occasionem.

§. III.

An & quando crimen homicidii,
seu machinationis mortis alterius
conjugis dirimat matrimonium
subsequens?

Occiso conjugis, vel machinatio
facta in mortem conjugis, cum
proposito contrahendi matrimonium
postea, cum alio superstite, est etiam im-
pedimentum criminis dirimens contra-
hendit matrimonium cum ea, que ad
occisionem innocentis juvit; vel si nihil
ad occisionem innocentis juvit, adulter-
ium tamen, cum eo, qui postea innov-

centem conjugem occidit, consti-
sciens legitimam illius uxorem, adi-
vivere, ita ut inter hujus & primi §. in-
pedimentum, hoc interfit, quod in he-
§. ad incurrentum hoc impedimentum
dirimens, non requiratur promissio a
adultero v.g. data, & recepta ab alieno
v.g. de futuro matrimonio, sicut impri-
mitur in casu primi §. sed sufficiat ali-
arium commissum, & occidit v.g. a
adultero conjugem, vel utrumque in
mortem alterius innocentis, evanescit
adulterio, moraliter saltem, multum
fauisse, cum proposito ineadem po-
modum matrimonii, prope hac con-
guntur ex c. Significabit b. h. t. ad impo-
diendam scilicet mortis quando occi-
sionem.

TITVLVS VII.

DE CONJUGIO LEPROSORUM.

§. I.

An per lepram supervenientem
præcedentia sponsalia de futuro dis-
solvantur, vel etiam matrimoniū
præcedens?

SPonsalia de futuro dissolvi per super-
venientem lepram ex c. Litera 3. b.t.
pater, si alter sponsus, qui immunis est à
lepra, hoc petat, & probat notabilis,
que in tali casu, post contracta sponsalia
de futuro intervenit, mutatio: matti-
monium tamen contractum de praesenti,
per supervenientem lepram non dissolvi-
tur, quoad vinculum e. Pervenit s.b.t.

quia matrimonii vinculum indissolubile
est usque ad mortem, nisi, in quantum
in casu rati tantum matrimonii in fore
rem religiosæ professionis, auctorita-
tione Pontificia hoc permittitur, v.
dictum.

§. II.

Alia nonnulla questiones circa
conjugia leprosum proponuntur, &
refoluntur.

Tria adhuc quæsi possunt, que omnia
ex c. Quoniam 2. b.t. refolenda sunt.
Primo, an propter lepram conjugia con-